Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 0.4 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">

nu effundet et uasa peribunt sz vinu nouu i uasa nouas mitt
dbz Et factu e iteru cu p sata sabbatu deambulare et dis
cipuli eius coperunt pregredi et spicas euellere. pharisei at
dicebant ei Ecce quid faciunt discipuli tui sabbatis qd non licet
Et ait illis Numq legistis. quid fecit dauid qn necessitate habuit
et esurire ipe et qui cu eo erant. Quomodo introiuit i domu dei
sub abiathar principe sacerdotu et panes propositionis manducauit
quos non licebat manducare nisi solis sacerdotib et dedit eis q
cum eo erant Et dicebat eis Sabbatu propter hominem factu e
et non homo propter sabbatu Itaq; dnus est filius hominis et sabbati.

Et intrauit iterum i synagoga. III.
Et erat ibi homo habens manu aridam et observabant
eum si sabbatis curaret ut accusarent illum Et ait hoi ha
benti manu aridam Surge i medium Et dicit illis Licet sab
batis bene facere an male animam saluam facere an perdere At
illi tacebant Et circumspiciens eos iesus cu ira contristatus super
cecitate cordis eoru. dicit hoi. Extende manu tua. et
extendit et restituta e manus illi Exeuntes aut pharisei
cu herodianis consiliu fecerunt aduersus iesu quomodo
eum perderent. Et iesus cu discipulis suis secessit ad mare
et multa turba a galilea et iudea secuta est eum ab hierosolimis
et ab idumea et transiordane et q circa Tyrum et Sydonem
et multitudo magna audientes q fecerat uenebat
ad eum Et dixit iesus discipulis suis ut nauicula ei deseruiret
propter turba ne comprimerent eum quotquot enim sana
bat ita ut irruerent i eum et illum tangerent. Qtqt aut ha
bebant plagas et spus immundi cu illum videbant procidebant
ei eum et clamabant dicentes Tu es filius dei uiui Et
ipse multum commonebat eis ne manifestarent eum Et ascendens
i montem uocauit ad se quos voluit ipse et uenerunt ad
eum. Et fecit ut essent duodecim cu eo et ut mitteret eos prediccare
euangelium Et dedit eis potestatem curandi infirmitates et eiaecdi
demonia Et imposuit Symoni nomen petrus. et iacobum zebedei
et iohnem fratrem iacobi et imposuit eis nomina Boanerges qd est filii